

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia ax
cum fonte primo

Sapiens ad omnem
incursum inuictus et intentus est. Non si
paupertas, non si luctus, non si
ignominia, non si dolor impetum faciat,
pedem referet. Interitus contra illa ibit
et inter illa,

sapiens plenus est gaudio; hyllaris et
placidus, eciam inconcussus, cum diis ex
pari uiuit.

Seneca LX. epistola.

Sapiens autem, ad omnem
incursum munitus, intentus, non si
paupertas, non si luctus, non si
ignominia, non si dolor impetum faciat,
pedem referet: interitus et contra illa ibit
et inter illa.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 59, 8 (L. Reynolds
ed., vol.1, pp.163-4, ll.29, 1-3).

Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris et
placidus, inconcussus; cum dis ex
pari vivit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 59, 14 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.165, ll.14-15).